

SPECIMEN

EXTEMPORALIS EXAMINIS

PHILOSOPHIÆ RATIONALIS, ETHICÆ

ET ONTOLOGIŒ,

QUOD APUD CLARISSIMAM D. MARCI ACADEMIAM

SUSTINEBUNT

ALUMNI SEQUENTES.

Didacus Salazar. | *Franciscus A. Pacheco.*
Emmanuel Bandini. | *Josephus Cubillas.*

AUSPICE

D. O. M.

ET PRÆSIDE

D. Antonio Pacheco.

PHILOSOPHIÆ ET MATHESEOS PROFESSORE
ET A PERILLUSTRI HUJUS CIVITATIS ADVOCATORUM

COLLEJIO

DIE 10 MENSIS DECEMBRIS

A. D. MDCCCXXXII.

LIMÆ:

APUD JOANNEM CALORIO.

PER GREGORIUM VILLERO.

1832.

Quid est optabilius sapientia? quid prestantius? quid homini meliur? quid homine dignius? hanc igitur qui expetant, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis quam studinm sapientiæ.—Cic. offic.

¿Que cosa es mas digna de desearse que la sabiduria? ¿Cual mas ventajosa? ¿Cual mas util para el hombre? Cual mas digna de su mismo ser? A los que la buscan anciosos se les dá el nombre de filosofos; ni es otra cosa la filosofia, si quieres decifrar este nombre, que el amor á la subiduria.

A LA REPRESENTACION NACIONAL,

En testimonio

De amor, veneracion y respeto estas filosóficas thesis
O. C. Y. D.

SEÑOR:

No bien hizo cesar el ruido de las armas la conquista de nuestra preciosa independencia, cuando la juventud peruana volvió á poblar los establecimientos de educacion en toda la república, empezaron á jerminar en ellos las esperanzas de la patria, y se renovaron en la académia de S. Marcos las actuaciones literarias, que de tanto esplendor supieron decorarla en otro tiempo.

Y cuando los demas estados nacientes de la América ven aun interrumpidas las labores de los jovenes estudiosos, por las convulsiones politicas que los ajitan: ¿A qué otra cosa podrémos atribuir nosotros el estado próspero y lisonjero de nuestra literatura, sino al silencio de las pasiones y al imperio esclusivo de las leyes?

Ellas hacen marchar al Perú por la senda del engrandecimiento: ellas le conservan espeditos los canales de la prosperidad: ellas impiden que la mano de la anarquia sofoque en su cuna la nueva ecsistencia que ha adquirido despues de su rejeneracion politica.

Al poder encargado de formarlas y de velar sobre su inviolabilidad es á quien debe la nacion mas particularmente tan grandes beneficios. Recaigan sobre los dignos representantes que la componen las bendiciones de los pueblos. Si entre ellas se dignan aceptar la pequeña ofrenda de los primeros

frutos de mi dedicacion al estudio, que humildemente les consagro, estan satisfechos los votos mas ardientes de mi corazon.

Lima diciembre 10 de 1832.

Diego Salazar.



PROPOSITIO

Quam vespere sustinebit

Didacus Salazar Saenz de Ayala.

Existit ens necessarium, sive ens á se: quod ens dicitur Deus.

xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx

Historia Philosophiæ.

Caput Primum.

DEFINITIO ET DIVISIO, HISTORIAQUE, USQUE AD CHRISTI ADVENTUM.

Cognitio per argumentationem rite instructam adquisita *Philosophia* vocatur: sub ejusque ambitu, his temporibus, continetur dumtaxat Lógica, Ethica, Metaphisica, et Phisica, reliquis scientiis naturalibus in suas clases distributis, ob illarum amplissima incrementa. Etiam primoevis temporibus philosophiam extitisse vetustissimarum nationum propii philosophi testantur, ut Druidae, Chaldei, Magi, Brachmanes, Hierofantae, Rabini, Turdetani, Graeci vero palmam praeripuerunt omnibus: eorumque doctrina in septem fuit scholas discriminata. 1a. *Poetica*, quae utpote antiquissima, et plena ambagibus, nihil offert ad liquidum perductum, nisi plurimas circa Deos, et Heroas fabulas. Septem sapientes, qui poetis proxime succeserunt, propter leges, et sententias ab ipsis excogitatas, haud parum laudis merentur. 2a. *Italica*, ortum duxit á Pythagora, qui naturae verique investigatione, copiam colligens doctrinae, peritissimum se ostendit in aritmetica, musica et geometria,

quam locupletavit adinventis. 3a *Ionica* Italicae coaeva, á Talesio per discipulorum successionem, ad Socratem usque pervenit. Hic philosophorum doctissimus, in his quae ad Deum, mores, et animam spectant, omnibus sui temporis antecelluit. Verum ejus dogmata praeclara, ab Aristipo foedata, Cyrenaicorum memoriam execrationi mandarunt. Praeter has sectas, prodierunt etiam ex Socratis discipulis Eliaca, Megarica, et *Academia*. Haec 4a. Graecorum schola,quae in rebus metaphicisis, et ethicis, magnum ingenium, eruditionem, et scientiam Platonis ejus ducis ostendit, plurimis ecclesiae patribus admirationi fuit: ejusque succesio est tripartita. Academia *vetus* ad Craterem á Platone: *media* ad Arcesilao ad Egesipum: *nova* denique a Carneade usque ad Clitomacum. 5a. Sequitur *Peripatética* ab Aristotele discipulo Platonis qui acumine ingenii donatus, et extensione spiritus, omnem disciplinam attigit: egregie de Lógica, de Ethica, Politica, Œconomia, Poetica, Retórica, história naturali, conscripsit, et de Phisica: quamvis haec plerumque exilis, rerumque sit jejuna. 6a. *Eleatica*, in qua celebres fuere Democritus, et Heraclitus. Omnes in hac scola, coluerunt philosophiam corpuscularem, quam postea Epicurus perfecit. 7a. Denique á Pyrrhone instituta *Scepticum* docuit philosophandi genus, perpetuo de omnibus dubitans, ac de sua dubitatione. His limitibus circunscripta philosophia per transivit ad Romanos, qui nihil aliud effecerunt, quam illam discere, ac patria lingua tractare.

Caput Secundum.

A CHRISTI ADVENTU, USQUE AD SÆCULUM 17.

Plato et Aristoteles duntaxat libere regnarunt in

scholis, usque ad saeculum quintum: et licet tunc Stagiritam depreserint, octavo tamen labente adeo fortiter revixit, ut princeps philosophorum ab omni Europae salutaretur, praecipue saeculo duodecimo. Errores plurimi ex hac doctrina prodierunt, quapropter laudibus extollendus S. Thomae Aquinatensis labor, et meritum in Aristotele interpretando, et Artibus in erroribus convellendis. Postremis saeculis Melchior Canus, et Joannes Maldonatus bonam scolasticam sunt secuti; quamvis permulti, vel scholasticam barbariem maluerint exagitare, ut Laurentius Valla, Ludovicus Vives, Desìderius Erasmus: vel restituere conati sint veteres sectas, ut Picus Mirandulanus, Bernardinus Telesius, et alii. Prodierunt etiam fanatici quidam prestigiatores Theosophi apellati, quorum principes sunt Paracelsus Bohemius, et Vanhelmontus, minime cum philosophis vere chimicae deditis confundendi. Novum etiam scepticorum genus aparuit. Belio duce, qui suo versatili genio fissi, eo unice tendunt, ut liberius pasionibus, indulgeant conscientiae stimulis arcentes.

Caput Tertium.

A SÆCULO 17 USQUE AD NOSTRA TEMPORA

Genio suo indulgens Cartesius, ut philosophiam a servitute liberaret, novum excogitavit systema: algebram geometriae applicuit, et utramque phisicae: sicque Leibnitii, et magni Newtoni praeparabit inventa. Leibnitius doctrina universali perillustris, systéma metaphisico-matematicum composuit. Magnus denique Newtonus ab effectibus ad causas, ad vires, et motus leges ascendens, universi theoriam detexit: absolvit lucis, et colorum anatomem: atractionem inter maximas et minimas universi partes invenit: ingenueque declaravit se atractionis causam, et alia

quamplurima nescire. Praeter hos viros praecellentes, non sunt oblivioni tradendi, Galilleus in Phisica, Matematica, et Astronomia: Lokius in Logica et Metaphisica: et fere innumeri in omni genere conspicui, qui saeculo decimo septimo, juste luminum vocato, tam privatis lucubrationibus, quam publicis in Academiis, et societatibus, universam Europam illustrarunt, certam philosophandi viam tritam posteris reliquerunt, magnamque veritatum congeriem, maximis laboribus collectam, et auctam in nostris usibus reposuerunt, ut ex eis quisque seligeret, quae vel suo captui magis accomodata videantur vel uniuscujusque instituti ratio postulet.

Prima pars Philosophiae.

Logica.

DE NATURA, ET CONSTITUTIONE LOGICÆ.

Logica est *Scientia de invenienda, et proponenda veritate.* Vel naturalis, vel artificialis est. Ejus utilitas universalissima, et maxima: quapropter etiam a veteribus exculta: et nobis eo proposita ordine, ut prius de natura intellectus humani, postea de natura veritatis, postremo denique, de modo inveniendi, et proponendi illam pertractetur.

DE INTELLECTU, ET EJUS OPERATIONIBUS.

Intellectus est *facultas mentis quæ percipit, judicat, ratiocinatur.* Et haec tres, nec plures sunt ejus operationes. Prout mens nostra imaginem objecti materialis absentis contemplatur, dicitur *imaginationem* habere: quae appellatur diversimode, in quantum componit, vel discernit ideas, illas revocat, aut

retinet. Istae egregiae facultates plerumque veritatem non sufficiunt attingere, ob tenebras á voluntate intellectui nostro offusas: quapropter ordine instituenda meditatio, ut ex animo evellantur praejudicia.

DE PERCEPTIONE, VEL IDEIS.

Idea est *quœlibet de quavis re cogitatio.* Adquiritur, vel *sensione*, que non fallit si omnia ponantur ad sentiendum requisita, vel *abstractione*, aut *conscientia* Quadrupliciter ideae considerari possunt, 1 º Quoad originem, et sic vel adventitiae sunt, vel factitiae. 2 º Quoad naturam, et tunc, vel simplices sunt, vel compositae. 3 º Quoad objecta, quae cum sint vel *substantiœ* [quarum modos duntaxat cognoscimus istaeque aut corpus, aut spiritus] vel earum modi, vel relationes ideas dabunt materiales, et immateriales absolutas, et relativas. 4 º Denique quoad mentem, et inde clarae sunt, aut obscurae, distintas et confussae, adequatae et inadequatae, singulares, particulares, et universales, quae predícabilia vocantur.

DE DEFINITIONE, ET DIVITIONE.

Veritatis studioso rem non sufficit describere: illi definire etiam, et dividere incumbit. Per Definitionem res ab omnibus aliis semper distinguitur, quamvis realis vel nominalis possit esse. Semper genere, et differentia donata, caertis comitata virtutibus, experientia aut abstractione inventa. Primo casu solidum demostrationis fundamentum: secundo item, dummodo definiti existentia probetur. Per Divisionem idea universalis solvitur in plures particulares; quarum discrimem per definitiones oppositas ostendendum. In illa servandae sunt quaedam regulae. Sub iisdem divisio postmodum iteranda, si necesitas di exigat.

DE JUDICIIS, ET PROPOSITIONIBUS.

Judicium est *idearum binarum comparatio*. *Propositio* vero *judicium verbis expressum*. Constare debet subjecto, copula, et praedicato. Quoad ejus qualitatem, vel afirmativa est, vel negativa. Quoad quantitatem, universalis, particularis, et singularis. Aliquando etiam modalis est, aliquando exponibilis. Solent etiam quibusdam insigniri nominibus propositiones; ad hoc ut statim intelligatur an, et quali demostratione indigeant: tales sunt Axioma, et Postulatum, Theorema, et Problema, Corolarium, et Scholion. Propositiones convertere, quae vere, vel in speciem pugnant inter se comparare, servatis *conversionis*, *et oppositionis* regulis, incredibilem in veritate investiganda utilitatem pariunt.

DE RATIOCINATIONE VEL SYLLOGISMO.

Syllogismus est *duarum idearum cum tertia comparatio, ad hoc ut jungendæne istæ sint, aut separandæ cognoscatur*. Ex trium terminorum, major scilicet, minor, et medius, [quibus necesario constat] varia combinatione, tres nascuntur figurae; tres etiam conflantur propositiones quarum una major, alia minor, altera vocatur conclusio. Haec erit recte deducta dummodo omnes regulae observentur: que peculiares extant, pro vario argumentationum genere, pro syllogismis item conpositis, modalibus, et exponibilibus.

DE VERITATE GENERATIM.

Veritas aut Metaphysica est, aut Moralis, aut Logica. Haec, aeque ac falsitas in simplici idea potest esse, in judicio etiam et ratiocinatione. In ista multiplex fallacia ocurrit quae

vel in *dictione* latitat, vel in *rebus*. Veritas certa nititur sensione indubia, aut evidenti principio quibus falsitas certa repugnat: unde sentio et ratio sunt veritatis certisima criteria. Illa, dummodo sana mens utatur corpore sano, intra naturae et artis limites: haec per *Demonstrationem*, quae a *priori*, aut á *posteriori* desumitur, directaque, aut indirecta apellatur. Probabilis veritas hypotesi superstruitur: et *Hermeutica* est, et *Historica*, et *Moralis*, et *Phisica* Quaelibet propiis nititur fundamentis, ex quibus critices regulae deducuntur, ut res aestimentur in suo pretio, de gradibus probabilitatís judícetur et rationalis interponatur dubitatio ubi probabilitates colliduntur; minime illam confundentes cum scrupulo, qui circa totam rem non suspendit ascensum.

DE INVENIENDA PER MEDITATIONEM, LECTIONEM, ET DISPUTATIONEM VERITATE.

1. Si ordine justo cogitationes instituantur, ut ex cognitis veritatibus novae semper emergant, meditatione veritatem assequemur; sed stante attentione suis stimulis excitata, fugatis ex animo perjuiciis, et rationabili utentes dubitatione His positis, esperiendum, postea definiendum et dividendum erit vt Axiomata ut Postulata, Theoremata, Problemata et Corolaria deducantur, si agitur de veritate certa: Phenomena vero como hypotesi propria comparentur, in veritate probabili.

2. Lectio summopere necesaria; verum scrupulose futilia, et quae vitia nostra irritare valeant secernenda: adsumendae hermeneutices regulae: in adversaria denique notatu digna methodice reponenda.

3. Ad investigandam disputatione veritatem, prius exacte status quaestionis formandus. Et sicut arguenti ultro suos limites excurrere non li-

cet, ita deffendens intra suos contineatur oportet. Illíus erit Theseos bona fide contradicere, oportunis rationibus suas propositiones probare.instare.replicare. Hujus,syllogismos adsumere, concedere,negare, dittinguere, et respondere, uniuscujusque syllogismi formâ et materia attente concíderata, et inspecta.

DE RATIONE VERITATEM PERSPICUE PROPONENDI,

Veritas inventa duobus modis comunicari potest, *docendo* scilicet viva voce et *scribendo*. Docentis est doctrinas exponere cum suo principio connexas, atque audientes de illarum veritate convincere. Ad hoc praestandum, inter alia quamplurima accuratae definitiones, voces perspicuae, apta exempla, auditorum oportunum examen primas tenent. Digne et convenienter scribere arduum opus, paucisimisque permisuum. Disciplinarum, et methodorum varietas, praeceptorum in singulis asignationem dificilimam redit. Verum hoc non obstante, peculiares quaedam extant pro historiarum scriptione traditione doctrinarum, pro expositione etiam, et refutatione etiam, et refutatione aliorum.

Ethica.

DE PHILOSOPHIÆ MORALIS NATURA, ET CONSTITUTIONE.

Ethica, pars una practicae philosophiae, est *scientia ostendens rationem at summum bonum ejusque fruitionem perveniendi*. Ea certis nititur principiis. A Jure naturae, a Politica, et Œconomica distinguitur. In vita civili, est ehristiana est utilissima. In Dogmatica, Paraenetica, Paradigmatica, et

Characteristica solet dividi: aptissime vero traditur considerando prius *naturam hominis moralem postea bonum* ad quod contendit, ac deinde *media* ad illud assequendum.

DE NATURA HOMINIS MORALI, AC PRIMO DE MENTE.

Praeter corpus adest homini alia substantia immaterialis, et indestructibilis, *intellectu* et *imaginatione, voluntate et apetitu sensitivo* praedita. Ob ejus intellectum de propiis actionibus ratiocinantem habere dicitur conscientiam,quae vel antecedens vel consequens,certa et probabilis,dubia et scrupulosa, recta, erronea,bona, aut mala vocari solet. Ex variis imaginationis facultatibus diverso gradu permixtis, diversae hominum indoles nascuntur. Ex actibus voluntatis, prout vel in ipsa subsistunt, vel ad alias transeunt animi et corporis facultates eliciti quidam vocantur, alii imperati. Prout denique voluntas, et apetitus á rebus externis afficiuntur diversimode, diversi [quamvis in se non mali] nascantur affectus oportet:qui varias denominationibus sortiuntur ab objecto bono vel malo, sibi vel aliis relativo: á tempore a mediis, a qualitate magis animum afficiente, ac denique á conjunctione affectuum.

DE CORPORE, DE MORIBUS ET VITIIS, AC DE SIGNIS MORUM ET AFFECTUUM.

1. Ob intimum animae corporisque comercium mens nostra a corpore varie afficitur, in qua operatione prestanda fluidae partes locum obtinent praecipuum. Hinc sanguinis, et fluoris nervosi naturam, et circulationem considerare oportet: mus-

culos etiam, vasa, et pulsum. Ex horum omnium varia constitutione, et statu diversa oriuntur temperamenta, plerumque in hominibus permixta, quaeque singularibus affectibus magis apta ab ipsis characterisantur: pro qualibet aetate successive vitam hominis á pueritia usque ad senectam comitantur: peculiarem insuper temperiem a coeli et aeris constitutione adquirunt.

2. Mores sunt adfectus et propensiones ex temperamento ortae, et actibus saepe iteratis confirmatae. Possunt esse *boni* et *mali*; id est *virtutes* et *vitia*. Illae homini natura non insunt. Haec quamvis sint multiplicia, ad tria capitalia reducuntur, in quantum bonum apparens nobis sub honestatis specie, aut jucunde, aut utilitatis illudit. Propterea *Ambitiosorum* speciales characteres in officiis erga Deum, erga alios, erga seipsos, et etiam circa decorum. *Voluptuosorum*, ab illis omnino diversi. *Avarorum* denique, duorum praecedentium in omni respectu diversissimi. Haec tria vitia, in omnibus hominibus permixta, a temperamentis oriuntur, prava philautia foventur, maxime tandem in parte a *educatione*, *consuetudine*, *conversatione* cum vitiosis, et diversitate *status* derivantur, quasdam speciales modificationes acquirendo. Magna vitiorum falanges, capitalium proles horrenda, misserrimam esse vitiosorum conditionem ostendit. Error, turbatio, vehementissimi stimuli conscientiae adfectum tumultuosa commotio, calamitates innumerae, morbi, dolores, sunt eorum partes, quibus desperatio additur amarissima, quam praematura mors non finit; sed potius inchoat illam sempiterne duraturam.

3. Signis propiis *affectus*, et *mores* distinguitur, Illi colore, gestibus, intellectu, et actionibus se produnt: isti vel a temperamento, rugis, et li-

neamentis designantur, et tunc signa vocantur *Physiognomonica*: vel ex *sermone* et *actionibus* deducuntur, et appellantur *Moralia*, reliquis omnibus certiora. Sermo namque, sive ejus materia spectetur, sive forma animae moralem conditionem patefacit. Actiones vero ex fructibus Arborem cognoscere nos docent. Simulationi equidem non deest locus; verum non ita, ut ocasio, vinum, familiaritas larvam aliquando non detrahant.

DE BONO ET MALO GENERATIM, AC DE SUMMO BONO, EJUSQUE EFFECTIBUS.

1. Homini natura est insitum felicitatis desiderium, quae in fruitione boni praestantissimi: propterea de *bono* agendum, et *malo*. Illud in *verum* distinguitur, et *adparens* dividitur vero in absolutum et respectivum, activum et pasivum, privativum et positivum, ordinarium et extraordinarium. Ex quibus notionibus axiomata deduci possunt quamplurima, ut exacte discernatur, utrum bona, aut mala, vel indiferentia sint, vita et mors, robur forma, ingenium, scientia, ars, agilitas, virtus et vitium, entia naturalia extra nos posita, homines denique et Deus: et ex omnibus bonis summum est eligendum.

2. *Summum bonum est omnium bonorum præstantissimum, quo participes effecti vera felicitate potimur.* Illud debet esse tale ut 1º sit *assequibile* 2º *mentem principaliter perficiat.* 3º *voluntatem* potius, *magis labefactatam.* 4º *finis*, non medium. 5º denique *inamissibile* sit. Ad hos characteres *voluptatem*, *divitias*, *honores*, et omnia bona tamquam ad lidium lapidem examinantes, summi boni nomem haut mereri reperiemus, cum soli Deo perfectissime conveniant. Illi ergo per

voluntatem nos conjungamur oportet: cultumque tam internum quam extertnum perpendamus.

3. Summi boni possessionem tres comitantur effectus 1. animi tranquilitas, cujus plurimae sunt causae, in intellectu et conscientia, in voluntate et affectibus, et in statu, et morte hominis virtute praediti. 2 Virtus, quae constans, seria unica est: ad normam divinae voluntatis comparata: mediocritatem, actionem simul, et omissionem observans. Ex variis circunstantiis et respectibus circa Deum, seipsum, alios, et etiam decorum variae ejus denominationes nascuntur. Vitia ob excessum vel defectum his virtutibus opposita nominantur etiam diversimode. 3 Vera Amicitia, quae inter absentes potius, quam inter sceleratos potest consistere, magnamque in hac miserrima vita praestat solamen et perfugium.

DE MEDIIS AD VERAM FELICITATEM PERVENIENDI.

DE SUI VIDELICET COGNITIONE: DE CAPIENDO VERÆ EMENDATIONIS CONCILIO, ET DE PŒNA VIRTUTIS STUDIOSO SUSTINENDA.

1. Prima ad felicitatem via est, sui cognitio, qua totus homo cognoscatur: quapropter mens non modo comparate, sed absolute est noscenda. Voluntas ita exploranda ut nullatenus illi blandiatur. Quoad intellectum vero examini, monitis, et conciliis sapientum virorum sit submissio Corpus denique ex temperamento dignoscatur. Haec diligens investigatio nostri status detegens miseriam, maximi erit profectus, et viam ad emendationis concilium sternet

2 Hoc difficillime capitur: verum argumenta plurima ex vitiosorum miseria, eorum voluntati di-

vinae obsistentia, voluptatis, divitiarum, honorum futilitate, et ex felici sapientum conditione desumpta, emendationem suadent. Sed ut quam primum hoc propositum capiatur, et retineatur constanter, ad Deum praeces fundendae, examem quotidie faciendum, cum bonis conversandum ac denique libri pareneticia legendi.

3. Fluctuans voluntas inter vera bona, et aparentia propositum illud, ad effectum non reducet, nisi cum cupiditatibus pugnet, cum affectibus vitiis et propentionibus, atque etiam cum rebus externis: in omnibus caute se gerens, et media adhibens oportuna. Haec omnia saluberrima sunt equidem: verum homini non sufficiunt. Obrutus vitiis, ac viribus destitutus, quomodo infinitae Dei justitiae satisfaciat, et unde vires ad debellanda vitia haurire debeat lumine naturali non agnoscit. Quare inspecta erga nos divina benevolentia, et nostra depravatione, *revelationem* omnibus obviam existere, certis characteribus insignitam non posumus non intelligere. Ad hos characteres *Oracula* Gentilium contendentes, Mahomedanorum *Alcoranum*, atque Judeorum *Talmudem*, nec illis, nec aliis revelationis nomem quadrare deprehendemus; sed dantaxat scripturae sacrae, et traditioni, quas divino benefitio possidemus Christiani: et cujus genuina legitimaque intelligentia alibi quam in Vna, Sancta Catholica, et Apostolica Ecclesia Romana reperiri non valet.

Ad Metaphisicam.

ONTOLOGIA.

Ontologia est scientia entis in genere spectati, seu est scientia contemplatrix universalium et

transcendentalium illarum propietatum, quae communes sunt variis entibus in statu abstractionis consideratis: ut esse aliquid possibile, aliquid absolutum et relativum, aliquid permanens aut transitorium; ut esse substantia aut modificatio, causa aut effectus, genus aut species; et sic de aliis.

In exiguum contrahemus tractatum, quidquid scitu necessarium habet subtilior haec scientia, acuendis magis quam ditandis ingeniis idonea. Quod ut praestemus rejectis inutilibus, decem capitibus ens speculabimur, quatenus relativum, finitum, infinitum simplex......

Caput Primum.

DE NATURA ONTOLOGIÆ ET CONSTITUTIONE.

2º De Ente et essentia.
3º De substantia, modis et relationibus.
4º De finito et infinito, possibili et imposibili.
5º De simplici et composito, toto et parte.
6º De perfecto et imperfecto; bono et malo.
7º De ordine et non ordine, pulchro, et deformi.
8º De necessario et contingenti; naturali et non naturali.
9º De duratione et tempore.
10º De causa et effecta, fine et exemplari.

☞ Cualesquiera de las proposiciones contenidas en esta tabla, que se dignen elejir los SS. Ecsaminadores serán probadas y sostenidas en esta pública Universidad de S. Marcos el dia 10 de diciembre del año de 1832 desde las nueve del dia hasta las doce por Diego Salazar

